in principatu, qui mortuus est in
Terra sancta, de quo supra mentio
facta est sub imperatore Frederico
primo. Et Hermannum, postea fac=
tum comitem palatinum Saxonie,
et Fredericum primum comitem in ~~in~~ Lege-
chayn[a], terre Hassie, que pertinebat ~~ad~~ ad
ad principatum Thuringie; sicut
etiam olim fuit unus ducatus, sic
postea etiam fuit unus lantgravia=
tus. Lodevicus itaque tertius lant=
gravius, filius Lodevici Ferrei prior
natu, principatum, probitatem, et
nomen[b] patris obtinuit.

Anno Domini M°C.L.XXV. Estatis
quoque siccitas magna fuit, Fertur
etiam, quod fulmine quedam edi=
ficia sint consumpta, flammarum=
que violentia diversis in locis non par=
vam intulit cladem. Unde et civitas
Erffordie cum ponte institorum, et
quibusdam ecclesiis sanctorum, quin=
to Nonas Julii cremate sunt. Iste
enim Lodevicus erat illustris, bello,
sagax, consilio, vir, mansuetudine
precipuus, egenis et pauperibus adeo
visus est fuisse debitor, ut celesti sibi vi=
deretur interesse convivio, si clami=
tantes post se medicos aceret, si mu=
dos experimento tegeret. Erat ~~etiam~~ enim
vir catholicus, plus religiosus, quam
armis deditus. Interim ~~Interorum~~ tantum[c] erat princeps
benignus erga omnes homines, ut vulgo
diceretur pius Lodevicus. Anno principatus
sui tertio, orta est magna discordia inter
ipsum et Erffordenses, qui adjutorio comitum
Thuringie ei rebellare tempt[abant], et durabat
per aliquod tempus.

a) - hay c.

b) no c.

c) Intm c.